cipui fuere), ut prius hinc inde ad viros doctos et reformatarum ecclesiarum inspectores, tum etiam ad aliquot academias me conferrem, quo seniorum et celebrium instructione et consuetudine, tum quoque perspectis ritibus ecclesiarum reformatarum per Saxoniam et alibi auditisque doctorum concionibus et lectione plane confirmarer in nuper agnita veritate, placuit consilium et non me piguit Gerhardum Campium¹⁾, virum quidem integrum et piorum promotorem, sed rei sacramentarii addictum, qui venerat salutatum suum avunculum decanum Mellinckhusium (cum quo nunc, ut spero, quiescit in Domino) tunc regredientem in Phrisiam sequi potius, ut adhuc discerem, quam ut alibi intempestive docerem. [Istius vero opera statim commendabar cuidam nobili splendidam ex patribus bibliothecam habenti nomine Christophero ab Evessen, viro docto et eiusdem sententiae homini, qui me honestissimo loco habuit et liberum accessum ad suam bibliothecam permisit. Habebam praeter huiusmodi libros magnum ibidem subsidium in progressu studiorum theologicorum, quia, quoties in aliqua parte haerebam vel quaedam argumenta pontificia occurrebant, ex quibus me ipsum expedire non potui, toties mihi liber patebat aditus ad d. Joannem a Lasco baronem Polonum²⁾, virum doctum, sed sacramentariorum praecipuum, et ad alios literatos homines, qui ex Anglia in Phrisiam venerant.] Non dicam nunc, quot interim incommoda in Phrisia valde aquosa per acutissimam hiemem³⁾ passus sim, sed tantum referam modo de spiritualibus. Ibi etenim inter domesticos et vicinos reperi anabaptistico furore imbutos, qui mecum, licet non satis in vera religione confirmatus essem, saepe certabant, saepe etiam retia tendebant et molestias faciebant⁴⁾.

¹⁾ *Vielleicht Gerhardus Campensis, der bis 1564 als reformierter Prediger in Wolthusen vorkommt (P. F. Reershemius, Ostfriesländisches Prediger-Denkmal, neue Aufl., Aurich 1796, S. 636).*

²⁾ *Vgl. H. Dalton, Johannes a Lasco, Gotha 1881 und Reälencyklopädie unter Laski.*

³⁾ *Der Winter 1553/54 war ungewöhnlich streng (Dalton S. 435).*

⁴⁾ *Ähnlich erzählt Hamelmann später in der Vorrede seiner Schrift De Paedobaptismo 1572 (Berlin KB): „Item quoque cum olim ex papatu conversus essem, oberrabam per diversas regiones, ut conferrem cum viris doctis et multarum ecclesiarum mores, ordinem et formam addiscerem mihi-que aliquam rerum experientiam compararem. Sic profectus in Phrisiam habui aliquamdiu hospitium apud nobilem quendam virum doctum, pium et*

Ab^{a)} altera parte, qui Zwinglii dogma ibidem defendebant, concionatores et qui ex Anglia magno numero venerant, me in suam sententiam argutissimis syllogismis trahere conabantur. Tandem fere victus ipsorum argumentis accidit divinitus, ut piorum promotione reciperer in domesticam familiaritatem clarissimi viri d. Petri Medmanni, quondam pii electoris Coloniensis Hermanni de Weida consilarii, tunc vero Phrisici consilarii et consulis Emedensis¹⁾. Is simili modo omnem humanitatem mihi exhibuit et multos libros theologicos ex sua copiosa bibliotheca obtulit legendos, imprimis vero scripta d. Buceri omnia accurate legenda tradidit, in quibus cum inspexissem retractationem d. Buceri de re sacramentaria et quoque eruditum d. Medmanni iudicium audivissem, ne quicquam citra d. Melanthonis et aliorum, ad quos iturus essem, consilium istis in rebus facerem, haesi dubius et incertus nesciens plane, cui me parti addicerem. Tandem ab eodem Medmanno, postquam iam satis operae in ipsius aedibus evolendis d. Buceri operibus aliisque perlustrandis impendissem, commendabar inclyto et generoso domino omniumque studiosorum et pauperum patrono colendo et gratioso domino Christophero de Oldenburg²⁾, qui saepe dux militum inde a multis annis fuit, ac deinde cancellario Phrisico licentiato ll. doctissimo Frederico de Westen³⁾ Paderbornensi. Is igitur mihi partim sua, partim d. Medmanni commendatione a praedicto comite Christophero nunc mortuo bonum impetravit viaticum, quo me tanto commodius in academiam Witebergensem recipere possem.

Sic donis ornatus a comite proficiscor Bremam, ubi mihi hospes contigit doctor Albertus Hardenbergius⁴⁾, qui tunc nulli

a) Ab *bis* defendebant *fehlt B.*

modestum, at rei sacramentariae addietum, quo domo sua absente interdum clam ibi anabaptistae colligebantur et nonnunquam mecum conferebant. Sed ego in omnibus certaminibus nondum exercitatus eis tunc non expedite respondere potui.“

¹⁾ Vgl. *Bd. 1 H. 3 S. 217 Anm. 3.*

²⁾ Näheres über ihn teilt Hamelmann in seinem „Oldenburgisch Chronicon“, 1599, S. 327–360 mit. ³⁾ Vgl. über ihn *Bd. 1 H. 3 S. 216.*

⁴⁾ Vgl. über ihn *Realenzyklopädie Bd. 7 S. 408–416. Ein Brief Hamelmanns an ihn von 1558 ist mitgeteilt von D. Gerdes, Scriinium antiquarium T. 4, P. 1, Groningae 1755, S. 704 f.*

aut paucis adhuc per urbem de re sacramentaria suspectus erat. Apud hunc aliquamdiu mansi exspectans itineris comites atque cum bono sene licentiate Jacobo Probst¹⁾, praeside in ecclesia Bremensi, atque aliis doctis ministris, qui accedebant doctorem quotidie, amice contuli, imo ibidem Petri Martyris recens editam disputationem de negotio sacramentario sedulo legi²⁾. Verum cum hoc cerneret doctor Albertus, suasit, ne facile et temere me alicuius partis opinioni darem nondum in certo doctrinae corpore confirmatus, nisi prius audivissem doctissimorum censuram, imprimis vero domini Philippi Wittenbergae et doctoris Alexandri Alesii³⁾ Lipsiae et deinde ipse quoque praecipuorum theologorum sententias audivissem et mecum expendissem diligenter atque probe contulissem. Hic placuit rursum consilium d. doctoris Alberti, cui hoc nomine et pro iure hospitii, imo omnibus aliis viris bonis, qui me unquam suis affecerunt beneficiis, omnia felicia (etsi Albertus nunc plane mutatus sit ab illo, qui tunc erat, cum se declaraverit prohdolor perniciosum sacramentarium) precor et oro aeternum patrem Domini nostri Jesu Christi, ut illis affatim cum gratia rependat, quod in me contulerunt, et faciat, ut sint vasa misericordiae, Amen.

Ingressus iter primo illud in profectioe mihi contigit commodi, ut audirem doctorem Joachimum Morlinum⁴⁾ tunc primam vel secundam forsitan concionem habentem Brunswigae, et tametsi disertam et exuberantem doctoris Alberti eloquentiam in concionibus miratus fueram aliquoties, tamen propter suavem et miram brevitatem expedita d. Morlini oratio magis placuit et iucundior videbatur, tunc quod plurimum moveret, tum quod aperte singula exprimeret delectaretque auditores plurimum.

Inde statim Witebergam properans conveni Philippum Melanthonem eique doctoris Alberti et d. Medmanni literas obtuli. Qui-

¹⁾ *Allgemeine deutsche Biographie Bd. 26 S. 614—617.*

²⁾ Petri Martyris Vermilii Florentini viri doctiss. de sacramento eucharistiae in celeberrima Angliae schola Oxoniensi habita tractatio. Tiguri 1552 und Disputatio de eucharistiae sacramento habita in celeberr. Universitate Oxonien. in Anglia, antea quidem illic excusa, iam vero denuo . . . edita. Tiguri 1552 <beide Berlin KB>.

³⁾ *Realenzyklopädie Bd. 1 S. 336—338.*

⁴⁾ *Ebenda Bd. 13 S. 237—247.*

bus lectis me quidem suscepit humaniter et illi iam factus familiarior coepi modeste ipsum relatis singulis interrogare de controversia sacramentaria. Respondit ille: „Crede simpliciter verbis Domini absque ulla disputatione“, nec fere aliud respondit d. Alesius Lipsiae. Deinde excurrens postea in comitatum Mansfeldicum quaesivi Erasmum Sarcerium ¹⁾, qui me suscepit Islebiae benevole et me erudivit de coena Domini rectius quam reliqui omnes et admodum perspicue inculcavit disputationis summam (quod rursum postea copiosius fecit d. Wigandus, quando per tres septimanas apud ipsum domi Magdeburgi haesi), cuius Sarcerii etiam me concio et sermo familiaris plurimum propter suavitatem gravitate commixtam refecit. Interea dum Islebio in viciniam irem salutatum M. Michaellem Caelium ²⁾ et M. Cyriacum Spangenbergium ³⁾, qui tunc erant in arce plane regia et oppido Mansfeldio doctores et ministri evangelii, forsan casu quodam iter faciens per urbem Islebium d. Flacius Illyricus ⁴⁾ accepit de mea conditione aliquid certi ex relatione M. Hieronymi Mencilii ⁵⁾ (qui nunc est ibidem superintendens) et M. Andreae Theobaldi ⁶⁾. De meis igitur rebus certior factus Illyricus voluit, ut me recta ad d. Joannem Wigandum ⁷⁾ Magdeburgum usque adiunctis literis ablegarent, et ^{a)} illi hoc fecissent, nisi mihi regrediendum fuisset Wittenbergam, ubi decreveram prius publico aliquo scripto retractare, quod imprudens in dialogo illo de coniugio sacerdotum me Tridentino concilio subieceram, quod etiam mox Witebergae a me de consilio et approbatione domini Philippi factum est ⁸⁾. Rebus ibidem expeditis veni

a) *A und B*: sed.

¹⁾ *Ebenda Bd. 17 S. 482—486.*

²⁾ *Allgemeine deutsche Biographie Bd. 3 S. 680 f.*

³⁾ *Realenzyklopädie Bd. 18 S. 557—563.*

⁴⁾ *Ebenda Bd. 6 S. 82—92.*

⁵⁾ *Allgemeine deutsche Biographie Bd. 21 S. 310.*

⁶⁾ M. Andreae Theobaldo, Archidiacono ad s. Andream in Islebia, und anderen mansfeldischen Geistlichen widmete später Hamelmann seine Responsio ad dicta patrum veterum in ecclesia . . ., quae pro sua assertione, quod Christus homo sit in loco, Cingliani adferunt, Islebiae 1558 (*vielmehr 1568*) <Breslau UB>.

⁷⁾ *Realenzyklopädie Bd. 21 S. 270—274.*

⁸⁾ De autoritate synodorum pia commonefactio sumpta ex dictis Christi et apostolorum et testimoniis veterum scriptorum in ecclesia et historiarum.

tandem Magdeburgum, ubi me fraterne d. Wigandus, d. Illyricus et Godescalcus (nunc dictus Abdias) Praetorius susceperunt. Apud d. Wigandum haesi per aliquot septimanas et ipsum de rebus gravibus et multis disserentem saepe audivi eiusque zelum pro domo Dei, diligentiam et studium in propagatione verae de Deo doctrinae per d. Lutherum repurgatae cognovi et ab eo tempore constantissime hominem dilexi super multos alios. Ibi me illi tres viri celebres et de re literaria ac imprimis theologia optime meriti expetebant in collegam ad opus historicum centuriarum, quarum nunc bona pars est edita, perficiendum. Suscepi quidem provinciam

Autore Hermanno Hamelmanno Osnabrugensi . . . Witebergae. Anno 1554 <Berlin KB>. In der Widmung (Consulibus, praefectis aerarii, senatoribus tribunisque plebis . . . reip. Osnaburgensis) *heißt es*: „In quam crasso fuerim errore, non fugit vestram Praestantiam . . . eo praesertim tempore, quando apud nostrates illas idololatrias missas non solum praesentia vel disputationibus privatis defenderem, verum omnem pietatem Christianam in ea collocatam esse putarem. Sed ago Deo Patri per Dominum nostrum Jesum Christum gratias immensas, quod me tandem pro sua singulari misericordia ex illis tenebris eripuerit mihi cum Cleopha et socio eius oculos aperuerit, ut demum Christum et verum sacramentorum eius usum cognoscam nullamque nunc spem amplius vel in missa, quae horrenda coenae dominicae profanatio est, vel in externis caeremoniis, sive mundi elementis, sive creaturis ponam . . .“ *Unter den Gründen, warum die Schrift den Osnabrückern gewidmet ist, führt H. an*: „Deinde meum olim scriptum Osnaburgensis nostrae terrae principi dedicaveram, quo me importune concilio Tridentino subieceram. Quod cum revocare necesse sit, nulli commodius existimavi hanc de conciliis tractationem licet brevem tamen utilem dedicandam esse, quam V. Prud., Domini honorandi, quoniam, si vestram industriam mihi bene perspectam habeam, vos nulli concilio extra verbum Dei concludenti praebituros assensum opinor. Nec enim arbitror quemquam esse tantae impudentiae, qui me vel inconstantiae vel levitatis arguere possit eo, quod nuper conciliorum auctoritatem defenderim, nunc vero infringere conatus fuerim. Fateor equidem errorem meum fuisse gravissimum (tametsi verorum conciliorum auctoritati nunquam detraham), quem non aliunde quam ex papistarum libris hauseram, sed ignoranter peccavi . . . Conferat autem piorum aliquis superiora mea scripta cum his nostris et tum demum videbit, quantum in evangelica religione profecerim, cuius equidem fundamentum ieci firmum per Christum et in Christo . . .“ *Die Abhandlung beginnt*: „Cum nuper in meis scriptis, quae, dum in papatu agerem, emittebantur, me concilio (fere conciliabulo dixissem) Tridentino subiecissem, ut solent plerumque humanarum traditionum propugnatores (qualis tunc eram) facere, qui semper conciliorum auctoritate se muniunt omnesque controversias conciliorum iudicio vindicare volunt, nunc non abs re fore putavi, auctoritatem, consensum et dignitatem conciliorum ad veritatis ipsius et rationis examen expendere.“

ea conditione, nisi mihi in Westphalia, patria mea, offerretur munus docendi et propagandi evangelium, quod per interimisticam scabiem ex ea provincia profligatum esse referebam. Non displicuit eis pactum. Postea in reditu ad patriam multos doctos viros conveni, et quamquam de quibusdam functionibus, quae mihi Mindae et Hannoerae potuissent offerri, dicerent amici, tamen, quia meam operam d. Wigando et domino Illyrico addixeram, nihil recti pollicebar, sed recta tendens in patriam meam, quae est urbs Osnaburga sic satis in Westphalia celebris, iter institui. Ibi cum me paululum per aliquot dies recollegissem, ecce offertur subito pastorale officium in oppido Bileveldensi comitatus Ravensburgici opera Henrici Horstmarii¹⁾, pastoris Joannitici in urbe Osnaburgensi, ad quod suscipiendum cum properarem, inii statim habita concione, quae omnibus piis placuit, rationem cum capitularibus canonicis ibidem ita, ut ego liber ab ipsorum ceremoniis docerem sincere, quicquid aperte demonstrari posset ex divinis scripturis, deinde ut sacramenta iuxta Christi claram institutionem et Pauli perspicuam repetitionem administrarem. Hac quidem inita ratione coepi ibi feliciter et non sine successu per anni spatium docere evangelium Christi atque sacras conciones et verum sacramentorum usum instituere. Sed de ea re in historia ecclesiae Bileveldensis.

Hodie^{a)} Camae docent et sacramenta sincere administrant

a) *In H und W lautet die Stelle über Kamen:* In oppido Camen (quod posset dici a Camoenis Musis nomen habere) Hamelmannus docuit et cum ibi divinitus illuminatus semel aperte in die Trinitatis anno Domini 1552.²⁾ confessionem verae ederet doctrinae atque pontificios errores refutaret, tunc erat ibi marescallus istius comitatus nobilis Theodorus Reckius, qui cum consulibus et senatu audita concione Hamelmanni in istum finem determinavit, ut dimitteretur Hamelmannus, postquam princeps istius loci nondum admisisset palam ullam aliam doctrinam quam pontificiam. Sic dimissus ob veritatem placide discedit Hamelmannus. Interim ille bonus marescallus

¹⁾ *Er starb 1564. Vgl. Mitteilungen des hist. Ver. zu Osnabrück Bd. 10 (1875) S. 316 f.*

²⁾ *Das Jahr ist falsch. Hamelmann wurde 1553 in Kamen abgesetzt. 1553/54 unternahm er seine theologische Bildungsreise. 1554 zeigen ihn zwei seiner Schriften in Wittenberg. Im August 1554 wurde er in Bielefeld angestellt, wo er ein Jahr wirkte. Näheres unten in der Reformationsgeschichte von Bielefeld.*

Joannes Buxtorpius ¹⁾ et Joannes Mercator Schomburgus Tremoniensis ²⁾, quod illi de suffragio marescalli Theodori Reckii ³⁾ tentarunt, cum aliqui antea papatus sacra quaedam tractarent et perficerent. Est autem ibi uterque pastor, et ^{a)} Joannes Wegenerus fuit eis collega vir doctus.

Modeste quoque et successive ecclesiam in oppido Unna (quod ^{b)} bonam cerevisiam vicinis praebet) illustrarunt luce evangelii Eber-

Theodorus Reckius, mox forte conversus, est circa annum Domini 1567. pastoribus ibidem Johanni Buxtorpio et Johanni Mercatori Schomburgo natione Tremoniensi auctor, ut feliciter inciperent doctrinam evangelii propagare, sacramenta iuxta doctrinam Christi Germanicis verbis administrare et psalmos Germanicos canere, quibus erat pius adiutor Johannes Wegenerus, vir doctus et gravis.

a) Der folgende Satz in A später hinzugefügt, fehlt B.

b) Der Satz ist später gestrichen, fehlt B.

¹⁾ Buxtorf, der Vater des berühmten Orientalisten, war ein Freund Hamelmans, wie folgende Dedikation zeigt: Sunt Vitae Patrum et alia collata D. Joanni Buxtorp Pastori in Camen, suo amico et Domino honorando, ab Hermanno Hamelman Osnabrugensi apud Camenses olim Divini verbi ministro 1553 (v. Steinen Bd. 3 S. 22 f.). Er lebte bis in die achtziger Jahre (F. Buschmann, Geschichte der Stadt Camen, in: Zeitschrift Bd. 4 S. 241. Fr. Pröbsting, Geschichte der Stadt Camen, Hamm 1901, S. 45 und 99. Dresbach S. 280).

²⁾ Rothert läßt ihn (Jahrbuch 14 S. 110 Anm. 2) aus Kamen selbst stammen, weil ein dortiger Bürger sein Verwandter war. Doch ist das nicht entscheidend. Zur Zeit des Interims war er Prediger in Lippstadt (vgl. unten W 1055), später in der Grafschaft Waldeck und nahm 1556 an der vom Grafen von Waldeck ausgeschriebenen Synode teil (W 852; V. Schultze, Waldeckische Reformationsgeschichte, Leipzig 1903, S. 199). v. Steinen hatte zwei eigenhändige lateinische Briefe von ihm, die er 1556 wegen seiner Anstellung in Kamen schrieb. In dem einen bittet er Georg Schele um Fürsprache bei dem klevischen Hofprediger Hermann Schilder, Dechant zu Emmerich, der andere ist an Schilder selbst gerichtet. 1573 und 1576 schlug ihn Dietrich v. d. Recke zum Sendechanten der märkischen Geistlichkeit vor, drang aber bei der klevischen Regierung nicht durch. Nach Teschenmacher, Annales ecclesiastici reformationis ecclesiarum Cliviae, Juliae, Montium (Berlin KB Msc. boruss. quart. 21) S. 199 ließ Schomberg 1578 ein Trostbüchlein drucken, das er Dietrich von Altenbochum, Drost zu Hörde, widmete (nicht ermittelt). Er starb 1601 (O. Merx, Urkundenbuch von Clarenberg, Dortmund 1908, Nr. 486, S. 378). Vgl. v. Steinen Bd. 3 S. 23 f., Buschmann S. 231, Pröbsting a. a. O., Rothert a. a. O., Jahrbuch Jg. 1 S. 146—151 (Kapitulation über die Schule in Kamen von 1586).

³⁾ Drost zu Unna, Kamen und Loe († 1585). Vgl. C. Graf v. d. Recke-Volmerstein und O. v. d. Recke, Geschichte der Herren von der Recke, Breslau 1878, S. 235—239.

hardus Wortmannus¹⁾ et Rotgerus Bereidtnerus²⁾, viri boni et honesti, sed ignoratur, an sint sacramentarii.

cf. W 826. In oppido antiqui comitatus Altena (a quo oppido olim comitatus Markae dictus est comitatus de Altena) ante annos triginta docuit evangelium sincere Joannes Lycaula Montanus³⁾, vir doctus,

¹⁾ Nach v. Steinen Bd. 2 S. 1158 ff., der einer handschriftlichen Nachricht folgt, war der Pastor Johann zum Brock ein eifriger Katholik. Er hielt sich drei Kapläne, Wortmann, Halnich und Schotte zum Brock. Wortmann (er hatte in Köln studiert, wo er 1555 als Everhardus Wortmann Hagensis — v. Steinen läßt ihn aus Lütgendortmund stammen — immatrikuliert wurde; vgl. K. Krafft, Theologische Arbeiten aus dem rheinischen wissenschaftlichen Predigerverein Bd. 1, Elberfeld 1872, S. 12), den er 1558 angenommen hatte, predigte scharf gegen die „päpstlichen Mißbräuche“ und hatte die drei Bürgermeister Eberhard Büren, Heinrich zum Brock (Bruder des Pastors) und Stephan Voss zur Seite. Er ließ 1559 zuerst Luthers Lieder singen und teilte das Abendmahl unter beiden Gestalten aus. Der Rektor der Schule Konrad Emporius Titius und sein Nachfolger Friedrich Beurhaus (jener bis 1563, dieser 1563—67; vgl. G. Wittenbrinck, Zur Geschichte des höheren Schulwesens der Stadt Unna, Unna 1903, S. 5) begünstigten ebenfalls die Reformation. Der Pastor kündigte dem Kaplan den Dienst, aber Bürgermeister und Rat gaben seinen Abgang nicht zu. Vgl. auch Bädeker S. 71 f. und Dresbach S. 277.

²⁾ Nur von Hamelmann genannt.

³⁾ Johannes Wolfstall (Wulfsstall) aus dem Herzogtum Berg (vielleicht aus Wolfstall; vgl. F. E. v. Mering, Geschichte der Burgen usw. in den Rheinlanden H. 9, Köln 1853, S. 74). Er besaß eine tüchtige theologische Bildung. Wegen seines Anschlusses an die Reformation stand er in Köln vor einem geistlichen Gericht und wurde später von Theologen verhört. Um 1535 wurde er Prediger in Altena, begann 1537 zu reformieren und mußte 1539 weichen. 1544 wurde er Pastor an St. Kilian in Korbach, am 22. Februar 1556 Superintendent im Eisenbergischen Landesteile der Grafschaft Waldeck. Seit 1560 lag er mit seinem Kollegen Jacobinus von der Nikolaikirche, hauptsächlich wegen des Schicksals der ungetauft sterbenden Kinder, im Streite, der durch persönliche Antipathie und das intrigante Weib des Jacobinus verstärkt wurde. 1562 erhielten beide ihre Entlassung. Lycaula wurde Pastor an St. Maria in altis in Soest, wo er 1572 starb. v. Steinen Bd. 3 S. 1188. Jacobson S. 42 Anm. 87^a (zitiert ein Schreiben Lycaulas an den Rat in Soest von 1562, in dem er sagt, er habe vor mehr als zwanzig Jahren das Evangelium zu Altena rein zu lehren angefangen). Carl Curtze, Geschichte der Kirchenverfassung in dem Fürstenthum Waldeck, Arolsen 1850, S. 146 f. W. Schultze, Waldeckische Reformationsgeschichte S. 309 f., 335—344. Waldeckische Geschichtsblätter 1906, S. 209. H. Rothert, Kirchengeschichte der ehrenreichen Stadt Soest, Gütersloh 1905, S. 197. — Lycaula verfaßte folgende Schriften: 1. Die gleich zu nennende Apologia. 2. De historia passionis Domini nostri Jesu Christi homiliae septem habitae Corbachii 1554 <München HB>. 3. Oratio de praecipuis nostrae religionis articulis in synodo Corbachii habita 1562 <Paderborn, Bischöfl. akad. Bibl.>.

per^{a)}) aliquot annos et cum invocationis sanctorum abusum reprehenderet atque ibidem aliquot libros ederet^{b)}) contra adversarios atque cum accusaretur tamquam anabaptista, etiam publicis scriptis¹⁾) et concionibus se tuetur. Tamen^{c)}) eicitur ex ea ecclesia, veluti antea quoque eiectus erat ex ecclesia coenobii in Nunnenherdike²⁾) Theodoricus Raffelenbolius propter veram doctrinam³⁾). Utrumque suscepit pia et illustris domina nata ducissa Cliviae

a) *B*: ante. b) *A* und *B*: ediderat.

c) *Das von Hamelmann übergeschriebene Wort ist nicht sicher lesbar. B hat die frühere, in A gestrichene Fassung: Eicitur autem.*

¹⁾) Apologia Joannis Lycaulae Montani super eo verbo domini: Omnis scriba doctus ad regnum coelorum similis est homini patrifamilias, qui depromit e thesauro suo nova et vetera . . . Salingiaci, Joannes Soter excudebat, Anno D. M. XXXIX (!) <Bonn UB>. *Das Vorwort ist datiert Altenae Marca-viae. Anno XXXVIII. — K. Krafft bemerkt (a. a. O. S. 37) mit Recht, daß in der Schrift der evangelische Standpunkt nur in sehr verhüllter und unklarer Weise dargestellt ist.*

²⁾) *Nach W 851 wurde auch Johannes Trygophorus schon aus Herdecke „sub nomine ducis Clivensis Johannis propter doctrinam evangelii“ vertrieben. Vgl. darüber Rothert a. a. O. Jg. 14 S. 55 Anm. 7.*

³⁾) *Er war 1505 auf dem Hofe Raffelenboel im Kirchspiel „die Waldbauer“, im Gericht Hagen in der Grafschaft Mark geboren. 1530 war er Lehrer in Ahlen (vgl. oben S. 11). Später bekam er eine Vikarie und ein Lehramt in Hagen. 1539 wurde er Pfarrer in dem adeligen Frauenstift Herdecke und blieb zugleich Vikar U. L. Frauen in der Kapelle zu Hagen. 1543 begann er in Herdecke mit der Einführung der Reformation. In einer Aufzeichnung der jülich-schen Kanzlei über kirchliche Neuerungen vom Jahre 1548 heißt es (bei O. R. Redlich, Jülich-bergische Kirchenpolitik = Publikationen der Gesellschaft für rhein. Geschichtskunde 28, Bd. 1, Bonn 1907, S. 334): Die van Herdick haben auch spaltung und neuwerung. In dem oben S. 193 Anm. 2 genannten Protokoll von 1549 ist gesagt (S. 213): Theodoricus Raffelenbolle, pastor in Hyrdeke, scismaticus. Hic ipsam abbatissam cum aliquot virginibus dum sub utraque specie communicat et sororem dominae habitantem in Niyendorp abserutatur tempore communionis. 1550 wurde er, weil er das Interim nicht annehmen wollte, vertrieben. (Sein Nachfolger war nach v. Steinen Bd. 4 S. 27 Johann Hülsberg.) Am 5. März 1552 stellte ihn Gräfin Anna von Waldeck als Prediger in Mengerinhausen an (vgl. auch W 852). 1582 nannte er sich Theodoricus Nicolai, indem er den Vornamen seines Vaters zum Zunamen machte. Seine Nachkommen behielten das bei. Der bekannte Liederdichter Philipp Nikolai war sein Sohn. R. starb am 14. Oktober 1590. v. Steinen Bd. 4 S. 27. L. Curtze, D. Philipp Nicolais Leben und Lieder, Halle 1859, S. 2—6 (nach einer Eintragung Raffelenboels in eine Bibel der Pfarre in Mengerinhausen), 6.—8. V. Schultze, Waldeckische Reformationsgeschichte S. 313—315.*

Anna comitissa de Waldeck et ad honestas conditiones in suo comitatu promovit ^{a)}).

Hodie ^{b)} in oppido Altena praeest ecclesiae sincere et optime Engelbertus Clockius ¹⁾, pietate et doctrina eximius, qui per multos annos evangelium docuit constanter diciturque stilo plurimum valere et multa conscripsisse, quae premat ²⁾).

In oppido Lunen docet ^{c)} evangelium Jacobus Kintvaderus, sed ^{d)} videtur sacramentariis patrocinari ³⁾).

In oppido huius comitatus Nienrode prope oppidum Isernlo cives cum senatu susceperunt evangelium et ceremonias Augu-

a) *H und W*: Docuit olim in comitatu de Marcka in oppido Altena ante annos quinquaginta evangelium de Jesu Christo et sacramenta pure administravit Johannes Lycaula, vir doctus, sub principe Johanne, sub cuius nomine eicitur, et eum principis Johannis legitima soror d. Anna, comitissa Waldechiana, assumit et ad pastorem Corbachianum promovet. . . In oppido Altena dixi Lycaulam docuisse et propterea eiectionem esse. Tamen cum accusaretur tamquam anabaptista in aula Clivensi, evulgavit apologiam et ostendit se non esse anabaptistam, sed tantum se missam et invocationem sanctorum meritaque operum impugnasse, sed nihil effecit.

b) *H und W*: Circa annum Domini 1566. sicut et antea et post ibi evangelium pure docuit Engelbertus . . .

c) *H und W*: docuit.

d) *H und W*: qui dicitur magis Calvini quam Lutheri sententiae patrocinari.

¹⁾ *Klocke (Klaucke, Kloicke, Klugh) aus Lüdenscheid wurde 1546 der Nachfolger Lycaulas. Nach Teschenmacher, Annales ecclesiastici a. a. O. S. 648 brauchte er beim Abendmahl große Hostien, die er brach und nahm „die Kirchen agenda in der Bedienung des H. Abendmahls auß Theodoro Beza“. Er wird demnach die reformierte Lehre eingeführt haben. Wie lange er in Altena wirkte, ist nicht bekannt. Sein Nachfolger Theodor von Horn und dessen Kollegen Johann Kalmann und Heinrich Lephler waren ebenfalls orthodoxi in Teschenmachers Sinne, also Reformierte (Teschenmacher ebenda). Vgl. v. Steinen Bd. 3 S. 1189 f. Bädeker-Heppe S. 18 f. Dresbach S. 181.*

²⁾ Nicht bekannt.

³⁾ *v. Steinen Bd. 4 S. 218, Bädeker S. 51 und D. H. Bremer, Chronik der Stadt Lünen, Dortmund 1842, S. 107 f. geben an, er habe 1550 in Lünen die Reformation angefangen, aber 1555 (v. Steinen und Bremer 1560), weil er für reformiert galt, den Abschied erhalten und sich nach Lippstadt gewandt. Das wird aber wohl bloß eine Verbindung von W 826 und W 1055 (s. unten unter Lippstadt!) sein. Richtig ist es eher umgekehrt: Kintvader war etwa 1555—1558 in Lippstadt und kam dann nach Lünen; denn Hamelmann sagt oben „docet“ (Ende der sechziger Jahre), später (W 826) „docuit“. (Als H. dies schrieb, wird also K. schon tot gewesen sein.)*

stanae confessionis eamque profitentur publico scripto anno 1564., quia ordinationem suae ecclesiae typis in urbe Tremonia curarunt^{a)} excudi, ut^{b)} publice exstaret¹⁾. Illa autem est conscripta per^{c)} eius urbis alumnum M. Hermannum Wilkium, quondam Rigae in Livonia gubernatorem scholae, virum Graecae linguae doctissimum²⁾. Illa ordinatio non est impia³⁾, sed pia et recte isti ecclesiae accomodata. Verum princeps Juliacus et Clivensis Wilhelmus ipsis prohibuit, ne huiusmodi ordinationem susciperent⁴⁾. Ipsius etenim ut supremi domini esse, ordinationem et reformationem instituere^{d)}.

a) *A*: curant.

b) *H und W*: ut fidei suae rationem redderent coram quovis.

c) *H und W*: per urbis suae alumnum M. Hermannum Wilkium, virum graecae linguae doctum et alias eruditum.

d) *In H und W folgen noch einige Sätze über die Grafschaften Mörs und Nassau.*

¹⁾ Kerckenordeninge der Christliken Gemeine tho Niggen Rade. Dortmund 1564. <Wolfenbüttel HB.> Vgl. *Nelle, Hermann Wilckens Kirchenordnung von Neuenrade und ihre Liedersammlung, im Jahrbuch Jg. 2 (1900) S. 84–138 und Kl. Löffler, Der Dortmunder Buchdruck des 16. Jahrhunderts, in: Beiträge zur Geschichte Dortmunds und der Grafschaft Mark Bd. 13 (1905) S. 61 f.*

²⁾ Geboren in Neuenrade 1522, studierte er in Wittenberg und Frankfurt a. O. (1547) und war etwa 1550–1561 Rektor der lateinischen Schule in Riga. 1561 ging er nach Rostock, dann nach Heidelberg, wo er Griechisch lehrte und 1563 Magister wurde. Wegen seines reformierten Bekenntnisses von dem lutherischen Kurfürsten Ludwig VI. entlassen, war er Professor der griechischen Sprache in Neustadt (1579–1583); dann (nach Ludwigs Tode) kehrte er nach Heidelberg zurück und bekam sein Amt wieder. 1601 wurde er in den Ruhestand versetzt und starb am 7. Februar 1603. Vgl. *A. Wolters, Hermann Wilcken, in der Zeitschrift des bergischen Geschichtsvereins Bd. 2 (1865) S. 42 bis 83 und Nelle a. a. O. S. 86–94. Hier sind auch seine lateinischen und deutschen Schriften besprochen. Wegen des „Nie Bedeboeck“, Dortmund 1564 vgl. noch Löffler a. a. O. S. 62 f. und in denselben Beiträgen Bd. 22 (1913) S. 223 f.*

³⁾ Er schrieb sie, vom Rate der Stadt aufgefordert, bei einem vorübergehenden Aufenthalt in seiner Heimat. In der Lehre vertritt sie in milder Weise reformierte Anschauungen, in liturgischer Beziehung aber ist sie lutherisch.

⁴⁾ *Wolters a. a. O. S. 57 f. sagt ohne Quellenangabe, der Herzog habe die Kirchenordnung aufgehoben und dem Dortmunder Rate die Konfiskation ihrer Exemplare aufgetragen. A. Döring, Johann Lambach, Berlin 1875, S. 105 bemerkt dagegen ganz richtig, daß der Herzog dem Magistrat von Dortmund nichts aufzutragen hatte und nur den Kauf und Verkauf in seinem Lande verbieten konnte.*